



Universitätsbibliothek Paderborn

Ivdex Magistratvs Senator

Zype, Franciscus van der

Antverpiæ, 1633

Cap. XXXVI. De mixto statu asserendo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14280

destruere, bona regia diripere, statuas frangere, imagines abolere, memoriam damnare, ita Romæ exactis Regibus vel oppressis ijs, qui regnum affectarunt. Liu. lib. 2. & 4. & lib. 2. feud. tit. 53. de pac. tenenda. & Ambros. 1. offic. si tyranni aliquis imaginem habeat, nonnè obnoxius est damnationi?

C A P V T XXXVI.

De mixto statu afferendo.

^{1.}
*In mixto
statu omi-
nes oculi
intendendi
ne quid su-
pra alterum
increscat.*
Porrò in statu Reip. temperato, siue ex simplicibus formis mixto, venena & remedia non minùs miscentur, eoque diligenter in mutui amoris conseruationem incumbendum est, quores mixtae pluribus morbis, difficultoribusque curationibus sunt obnoxiae, facile soluitur temperies leui alicuius qualitatis excessu. Itaque cùm in mixta Republica aliquid oritur quo ex mixtis alterum supergredi alterum tentat, centum Argi oculi intendendi sunt. nam subdolè plerumque hæc fiunt. caudæ omnes Sampsoniarum vulpium colligandæ sunt. nihil omittendum est, quo aliquid impeditri possit supra æquitatem instituti increscere.

C A P V T XXXVII.

De Consultatione.

^{1.}
*Augusta
consultatio.*
Rerum humanarum augustissimum esse Consultatione vti, scripsit Philosophus epist. ad Alex. quare inter augusta imperij negotia, & post tractatas rerum materias, de earum vsu, qui in deliberatione atque consultatione capitur, paucis dicendum. Itaque cùm multa cura summo Imperio insit, certum est Principem suâ scientiâ non posse cuncta complecti. assumi oportere & alios in partem curarum, & plurium consilia aestimari. recte Otho apud Tacit. 1. hist. æternitas rerum, & mea cum vestra salus incolumente Senatus firmatur. ad eamque proportionem dicendum de Iudicibus, Magistratibus, seu Rectoribus Provinciarum. ad omnes spectat illud Eccles. 33. Sine consilio nihil facias, & post factum non pénitebit.

^{2.}
*Rebus ge-
rendis pra-
mittenda.*
Ferunt Augustū consilijs Mæcenatis, & Agrippæ per mortē orbæ tū, multa memoriâ repetentē improvidè gesta, exclamasse; *Horum nihil*